12 vers az 'Amor Sanctus' kötetből

3. Petri Abælardi: Sabbato ad vesperas hymnus

Pierre Abélard Szombat esti himnusza

Babits Mihály ford.

Rieth József; 1989.január 18.



1. O quanta qualia
sunt illa sabbata,
quæ semper celebrat
superna curia!
Quæ fessis requies,
quæ merces fortibus,
cum erit omnia
Deus in omnibus!

2. Vere Jerusalem
est illa civitas
cujus pax jugis est
summa jucunditas;
ubi non prævenit
rem desiderium
nec desiderio
minus est præmium.

3. Quis rex, quæ curia,
quale palatium,
quæ pax quæ requies,
quod illud gaudium,
hujus participes
exponant gloriæ,
si quantum sentiunt
possunt exprimere.

4. Nostrum est interim
mentem erigere
et totis patriam
votis appetere,
et ad Jerusalem
a Babylonia
post longa regredi
tandem exsilia.

5. Illic, molestiis
finitis omnibus,
securi cantica
Sion cantabimus,
et juges gratias
de donis gratiæ
beata referet
plebs tibi, Domine!

6. Illic ex sabbato
succedet sabbatum;
perpes lætitia
sabbatizantium;
nec ineffabiles
cessabunt jubili,
quos decantabimus
et nos et angeli.

1. Óh milyek s mekkorák
azok a szombatok,
mikkel az ég örök
udvara zeng s ragyog!
Törteknek pihenés,
bátraknak jutalom.
Isten lesz minden, és
mindenben Ő honol.

2. Ott fogad igazi
szent Jeruzsálemünk,
ahol a Béke lesz
örökös örömünk;
ahol a tény előtt
nem fut az epedés,
s nem lesz a vágy különb,
mint a teljesedés.

3. Mily király, mily udvar,
micsoda palota
mily béke, nyugalom,
boldogság vár oda:
mondják el majd azok,
akik már élvezik,
ha tudják mondani
úgy, ahogy érezik!

4. Mi pedig lelkünket
emeljük azalatt
s vágyaink mind e szent
hon felé szálljanak,
hogy Jeruzsálembe
Babilonból vidám
szívvel térjünk meg a
számkivetés után.

5. Ott minden bús tehert
levetve boldogan
Sionnak énekét
daloljuk gondtalan,
s malasztodért örök
hálákat zeng Neked
mi Urunk, Királyunk
üdvözült nemzeted!

6. Mert ott a szombatot
új szombat váltja fel,
szombatolók örök
ünnepe nem fogy el,
s nem érik végüket
az ujjongó dalok,
amiket harsogunk
mink és az angyalok.

GPLv3, CC-BY-SA (Music engraving by LilyPond 2.12.3—www.lilypond.org)